memorata ciuitati nostræ Rigensi veteres omnes li-
bertates et iura quorum in contentu usu fuerit et ad-
huc sit, tam in rebus Ecclesiasticis quam ciuilibus
quibuscunq;, omnia etiam dominia et possessiones
earumq; Comites quibuscunq; in locis quemadmodu
in priuilegijs ciuitatis descripti et assignati et assi-
dua possessione conseruati fuerunt. Leges item atq;
iura omnia Statuta Plebiscita omnesq; cum vni-
uersa ciuitatis, tum singularum tribuum seu collegiorum
ordinationes Priuilegia, indulta, beneficia, præro-

gatiuas, immunitates, publicas et priuatas, generales
et speciales a spiritualibus vel secularibus dominis.
acceptas, et usu longi temporis obseruatas bonas legi-
timas et receptas consuetudines patrios mores pacta
etiam et confederationes negotiationum cu societate ci-
uitatem Hanse exercita scientia et plenitudine re:
gia nostra potestatis approbamus, confirmamus, ac per:
petuo ratas habebimus, et successores nostri habebunt,
ita quidem ut hec omnia superscripta professe nobis
subiectioni ac fidelitati iuri publico non repugnet.
Sigillatim vero confirmamus uis municipale quod Ri-
gense vocatur, atq; iudicia in ea ciuitate adhuc obser:
uata, similiterq; iudicioru processu, volumusq; ut
quemadmodum superioribus temporibus iudicia con:
stituta, uisq; etiam in ciuilibus quam criminalibus
seu capitalibus dictum atq; administratu fuit, ita
in posterum etiam iuxta veterem morem rationeq;
administretur. Decernimus etiam, ut magi:
stratui restorum uis pro ordine ex ratione iuris
in exteros ac ciuitatum et oppidorum nostrorum
homines ibi contrahentes conseruetur. appro:
bamus etiam ratumq; facimus, ut penes solum con:
sulatum Consules et Aduocatum ciuitatis plena
nitia territorium ciuitatis quod emis est proprium
tam in terra quam in aquis cu iurisdictio, et tam
utroq; iudicandi quam res iudicatas exequendi
mulctas etiam accipiendi, et in usum iudicij sui

conferendi, cum quoqz Salvii condictis ijs quibus de iure solet atqz debet concedendi potestas. Salvio tamen domino nostro, salvaqz in casibus in privilegio Magistrorum olim Ravennæ expressis, appellatione ad comentu provintialem quem dominus in Ravenna constituemus quales quidem casus in privilegio hi recensentur cum causa maiorem rei familiaris iacturam vel famæ existimationisqz læsionem spectat, idqz coram senatu a parte appellante mediante corporali iuramento attestatum fuerit. Quod si vero ve smi leges humanæ pro rerum ac temporum varietate mutabiles, futuris temporibus in ipso iure municipali, legibus, statutis, plebiscitis consuetudinibus, aliisqz ordinationibus et rebus ad iurisdictionem in ea civitate pertinentibus aliquid novandum, mutandum emendandum esse evidens necessitas atque iusta ratio suaserit id diligenti iudicio consulatus Ravennatis pro veteri more fieri optatere decernimus, cui earum rerum condendarum, mutandarum, abrogandarum potestate concedimus subratihabitione et confirmatione nostra a nobis impetranda. Præterea statuimus et decernimus. Ut Proconsules. Consules. Duocatos, et omnes urbanos Magistros Ravennates, aliosqz publicos muneribus et officijs quibuscumqz in ea civitate functes eligendi et constituendi ius et potestas penes solum Consulem: quemadmodum penes eum perpe-

tuo fuit, omnibus temporibus permaneat: qui quidem
iter ab ipsis electi nobis ac successoribus nostris iusi-
uirandum dabunt. Nos vero in eat ciuitate Burgu-
bium ex numero quatuor Consulum eius ciuitatis
quotannis eligemus atq; constituemus quorum qua-
tuor Consulum nomina nobis quotannis Consulatus
Rigensis praesentabit, quod quidem ad quodq; festum
Paschatos facere tenebuntur. Is vero Burgrabius
noster iter a nobis constitutus eum Magistratum pro
iure et consuetudine quam in tribus maioribus nostris
Prussiae ciuitatibus obseruatur iureiurando nobis
dato obibit et administrabit. Constituimus etiam
Ne si qua iudiciaria controuersia inter proceres et No
biles, aliosq; incolas terrarum nostrarum Liuoniae
et ciuitatem Rigen ex altera parte de limitibus,
, minutijs, aliisue negotijs quibuscunq; orta fuerit,
coram Comentu prouinciali discepteture ac finietur.
Interea vero temporis, dum Comentus ille a nobis
constituetur reb huiusmodi per Commissarios quos
ex indigenis et prouincialibus Liuoniae decerne-
mus, diiudicetur. Si qua etiam inter Consulatu
illius ciuitatis et ciues singulos aut plures de fi-
nibus aut limitibus bonorum suorum lis mota fuerit
eum hoc sum suspitione vacantium ciuium Rigen
iudicio et arbitrio qui communi partium voluntate
et consensu eligantur iuramento eam in rem
praestito ex praescripto priuilegij olim a Lega-

to Pont: Max: Academiale Nutinense concessi ves ea divi-
menda est. Quod si autem euenerit, vt omnis ciuium autm
colarum ciuitatis Rigensis consulatus aut Quotati eam
ciuitatis quam terrestre Judicium defugiens è ciuitate mu-
tandi iudicij causa discesserit, et se alio ni vces aut loca
quacunq; Liuoniæ aut etiam Regni, Magnitiq; Ducatus
nostri receperit, ille vel illi ita effugientes in partem ad-
uersam à nobis aut Capitaneis ac quibuscunq; Magistra-
tibus ac officialibus Regni nostri aut Magni Ducatus Li-
tuaniæ in ea causa nec citiationem nec arestationem ali-
quam bonorum aut personarum aut vllum cuiusuis gene-
ris rescriptum obtinere nec citati ad instantiam ita
fugientium in hoc casu comparere aut in iuris processu,
qui in ciuitate coeptus est, impedire debent. Sed fugiens
cum tota causa sua ad ordinarium Judicium Consulatus
aut Quotati Rigen remittendus est. Et quia ni Judicijs
ciuitatis antiquitus etiam receptum et vsitatum fuisse
intelligimus, vt omnes infra territoriu ciuitatis quoq;
modo contrahentes aut delinquentes, ratione delicti vel
contractus illius ciuitatis iudicio ciuili vel criminali
subijciantur. Volumus vt ciuitas in posterum quoq;
eo iure in contrahentes aut delinquentes vtatur eo
tamen casu quo nobilem aliquem ex causis prædictis
iurisdictioni eius ciuitatis subijci contingat iudicio illi
ciuitatis in quo Nobilis alicuius causa agatur, ex
Statuto Thormensi et pro more ciuitatum nostrarum
Maiorum in Prussia Burgrabium nostrum Rigensem
præsidere et sententiam proferri volumus. Si qui
etiam factiosi delinquentes à ciuitate Rigensi

deprahensi fuerint coram Consulatu eius ciuitatis accusatio instituj iusq3 per eos dicj et administrarj oportere decernimus. Ac quo publicæ pacis violatores et prædones quiq3 alij ciues nostros Rigen in vijs publicis infestare instituerint, eo citius atq3 certius poenis coercantur: decernimus ne huiusmodi homines nephandj vllo loco vniuersæ Liuoniæ apud vllum subditorum nostrorum etiamsi militum præfectorum aut officialium nostrorum cuiuscunq3 dignitatis receptum habeant aut salutem conductum impetrent. Consulatui vero Rigen potestatem concedimus, vt eosdem publicæ pacis violatores, fures, prædones, eiusq3 generis homines facinorosos in omnibus locis cuiusuis ditionis terrarum nostrarum Liuoniæ inuestigent, inquirant et pro communi tranquillitate comprehendere et legitimis pœnis afficiendos legitimo cuiusq3 loci in quo deprehensi fuerint Magistratui sistere possint. Operatis mercatoribus atq3 ciuibus Rigen in præiudicium Ecclesiarum monasteriis nunquam dabimus nisi ei quos non culpa, sed fortunæ iniuria bonisq3 lapsos Magistratus ciuitatis nobis testatos fecerit, nec aliquem à communibus oneribus aut muneribus ciuitatis personalibus aut realibus eximemus. Quæ vniuersis ciuibus relinquimus et confirmamus plenum dominium possessionem et vsum fructum interdictum omnium fortunarum atq3 rerum suarum tam mobilium quam immobilium cum potestate etiam acquirendi bona terrestria sub vrbis habitione et confi-

matione nostra impetranda. Vniuersæ vero ciuitati con-
firmamus dominium, possessionem vsumfructum rerum
ad ciuitatem de iure pertinentium, tam intra quam ex-
tra aut circa ciuitatem consistentium, vt sunt molen-
dina, tam quæ aquis quam quæ ventis agmntur. Li-
bertatem domus tam in vulgaribus mercibus quam auro,
argento, aliisq; metallis ponderandis, mensuras etia
vt sunt ab antiquo in ciuitate constitutæ et vsitatæ
volumus retineri. Eodem modo confirmamus illis
uis piscandi, venandi, ligna cædendi, pecora pascendi in locis
omnibus in quibus id uis ipsis antiquitus etiam extra
ciuitatis fines competiit. Decimas etiam piscium ad
vsum ciuitatis ex gratia donamus. Præterea nomina-
tim et expresse prædictæ soli ciuitati confirmamus
vtile dominium Dhima fluminis, sic ut eius ciues et mer-
catores tam indigenæ quam aduenæ veterem et consue-
tam libertatem nauigandi, piscandi, et in omnibus ne-
gotiationibus merces importandi exportandiq; in parte
tam superiore quam inferiore fluminis vsq; ad ciui-
tatem, et de ciuitate liberam potestatem habeant: alio-
rum item fluuiorum et aquarum nauigabilium liberum
vsum vsq; ad ipsum mare et per mare quemadmodum
olim eum habuerunt, ita et in posterum sine omni impe-
dimento retentione, inspectione molestia, quocunq;
ex loco aut arce terrarum nostrarum Liuoniæ ea
asserri posset, semper habeant. Naues etiam cum mer-
cibus vbiq; ad littora, ripas, et terras libere et secu-
re appellere, ibidem in statione retinere, inde pro

arbitrio vursus colvere et onsum smm quo velme Ciues
Rigen suscipere polerme, quemadmodm ea de causa m
prædictim ciuitatis aut liberæ negotiationis nihil n
Littore ripaue ædificarj aut struj patiemme. In ipso
autem ostio Dzinæ fluminis ciuitati pro consuetudine
veteri libermm erit perticas seu trabes figere facem seu
Cumen quo noctu nauigantibus introitus et tutus cur-
sus monstret, sine vlla tamen munitione sed casulis tan-
tum aliquibus pro custode Caminis, et ijs qui naui-
gijs tutum ingressum in portu monstrare solent ædifi-
catis, exigere. Item si quid controuersiæ de ijs qui na-
uigant aut rebus ad nauigia spectantibus in inferio-
re parte Dzinæ fluminis à ciuitate computando vsq;
ad mare iudicandum euenerit, id ad cognitionem Magi-
stratus Rigen, pertinebit. Cumq; tractus qui in
flumine Dzina inxta ciuitatem Rigensem naui-
gijs et ratibus exerceri solet semper penes ciuita-
tem fuerit Volumus vt penes eam permaneat, Por-
tus etiam maris in quem Dzina illabitur, et eiusdem
Littoris vsum et iurisdictionem ciuitati relinquimus
Permittimusq;, vt quæ ex vtilitate et necessitate
cum ciuitatis tum vniuersæ communis Reipublicæ
in permittenda aut prohibenda exportatione frume-
ti omne ea ciuitas facere et instituere cum iure
inspectionis in merces possit, ita vt negotiationis
et commerciorum administratio et directio in ma-
ri portu flumine Littoribus ipsi ciuitati prorsus
permittatur saluo nostro et successorum dominio Jus

quoq; tam terra qua maj dandag Ciuag passug ei
ciuitati et eius Consulatui permittimus. Quo autem
negociationes et mercature per temporu superiorum
grauitatem bellicq; incomoda non mediocriter diminu-
ta in ciuitate nostra Rigen tanto facilius in pristinu
statu et frequentiam reuocentur, praefectis et Capis
nostris aliisq; nobilibus non permittemus, vt mercatu-
ras praeter iura et consuetudinem veterem exerceant.
Statuimus item vt incolis et vicinis terre Liuonie
pro tenore priuilegij ciuitatis libera vectura merci-
um ad ciuitatem Rigensem relinquatur. Negq; vero
peregrinis vel incolis Liuonie aliisue cuiuscunq; na-
tionis exteranee hominibus, vllum ius commercio
exercendorum in ciuitate Rigen aliud tribuemus aut
concedemus vnquam, nec successores nri tribuent aut co-
cedent quam olim in ea habuerunt. Monopolia etia
quae in fraudem istius ciuitatis instituj vel exerceri
possint vetita et sublata esse volumus. Prohibemus
item ne per vicinos fluuios vel amnes qui in flume
Dzunam seu portum Rigensem labuntur, precipue
vero per flumen Buderauam et per Treideraua
quod flumen immediate in mare influit et per quod
ex mari merces in Dzunam conuehi possunt flume-
tum aut aliae merces venalitiae ad naues in portu
consistentes vel ad vicinas ripas aut insulas appor-
tentur, Sed volumus vt merces ad solum portorium
vel forum Rigense conferantur ibiq; veniant &

distrahantur, et inde ad naues euehantur. Quod quidem
ut citra fraudem et impostura fiat permittimus Ma-
gistratui Rigen, ut is solus censores mercium iuratos et
alia arma quibus id fieri necesse fuerit ut ni alijs
portubus in usu est, constituat, eamq; censuram tantu
in ciuitate pro more veteri non alibi exerceri volumus,
ita tamen ut quae merces sijluestres non probae fuerit
dominis relinquantur non autem dissectis vasibus dis-
sipentur. Priuilegia quoq; ciuitatis de bonis naufra-
gis et iactatis et seruatis deq; nauibus ipsis, quo-
cunq; locorum naufragia passis volumus veterem sua
firmitatem integritatemq; obtinere. Facimus vero
Rigensibus ciuibus, alijsq; mercatoribus etiam exteris
potestatem bona in mari vel fluminibus Liuoniae naui-
fragium passa, ipsasq; naues aliasq; res omnes ab
occupatoribus et detentoribus quibuscunq; ope et au-
filio Magistratus Rigensis, vel praefecti loci aut Iu-
dicis legitimi implorata vendicandi et repetendi. Qui
quidem Magistratus aut praefecti et capitanei no-
stri ac iudices quicunq; legitimi hisce Rigen primile-
gijs satisfacere debent, nec permittere ut illis fra-
us vlla fiat. Omnia vero iterum, omnesq; viae ex
Magno Ducatu Lithuaniae. Prussia, Samogitia,
Curlandia, Semigallia, et tota Liuonia vel vnde-
cunq; prodeuntes tam terra quam mari omnibus
ciuibus, incolis, et mercatoribus Rigensibus libe-
re esse debent. Ut omnibus per vias eas mer-
ces importare aut exportare volentibus cun-

ctis temporibus patris et belli pro libertate sua smisq; primile-
gijs tutum integrumq; sit. Mulcto vero mims Cives Rigen
ni libera emptione, boum lignorum, equorum, piscium, alia-
rumq; rerum in supradictis locis impediri aut prohiberj
debent, saluis vectigalibus nobis debitis. Antiquam consueta-
dinem alienos fugitiuos rusticos ex territorio Rigensi intra
biennij spatium legitime non euocatos retinendi ciuitati
confirmamus. Et quia ciuitas nostra Rigensis per fideles
nuncios suos nobis exposuit se ius cudendi monetam cu
pieam habere, ad eamq; rem propriam domum
cum omni instrumento monetario habuisse, nobisq; supplica-
uisset, vt idipsum quoq; confirmare dignaremur, nos
eam facultatem cum omni eius emolumento ciuitati illi
liberam (quod ius ciuitatibus etiam maioribus terrarq;
nostrarum Prussiae maiores nostri olim concesserunt
relinquimus, tali tamen, vt ex vna pecunia parte effi-
gies nostra vel insignia Regni Magniq; Ducatus Liuoniae
in altera ciuitatis insignia exprimantur pondus vero
et valor aequabilis monetae Regni ac Magni Ducatus
Liuoniae sit, emissq; pecuniae vsus cum pecunia cusa in
communi Regno promiscuus et indifferens sit. Insuper
quoq; et confecta dei auxilio cum Moschis pace volu-
mus vt ne Moschici mercatores cum mercibus suis recta
Rigam contendentes vllo in loco impediatur aut cura no-
bis erit, ne ratione Smolenscensis mercaturae quae
ad ciuitatem Rigensem libera antehac minimeq; impe-
dita fuit et esse debet tam Moschis quam alijs ac
imprimis ciuitatibus maritimis vulgo Hanzae nuncu-

patis quicquam concedatur, quod in preiuditium ciui-
tatis Rigen, emisq; veteris usus esse possit. Speciali
quoq; gratia ciuitati Rigensi prospectum esse volu-
mus, ne quisquam ni cuiuscunq; dominio et districtu in-
tra spatium duorum milliarium à ciuitate Rigensi con-
sistens poculenta coquere et conficere audeat, exce-
ptis arcium praefectis qui pro usu suo ac suorum ni q-
ce et libertate uti possunt, itidemq; Nobiles domi
pro se ac suis domesticis facere poterunt. Reliqui ve-
ro coloni et Subditi a confectione ac coctione pocule
rum abstineant, eaq; quoties indigebunt à ciuibus no-
stra ciuitatis Rigensis emant ac suis usibus inde ex-
portent. Quae omnia cum pernecessariu esse atq;
ad publicam utilitatem plurimum pertinere iudicemus
in ditionibus nostris reditus Reipub: amplificandi,
qui bonis temporibus instituti necessarijs rebus prae-
sidio esse possint: ea de causa de arcanio ex mercibus
quae importantur aut exportantur in ciuitate nra
Rigen constituendo cum praedicta ciuitate egimus
decreuimus et constituimus, Quemadmodum decerni-
mus et constituimus tenore praesentium nostrarum
tale arcanum vel portorium ex importatione aut ex
portatione mercium quarumvis nobis ac Serenis
sucribus nostris demceps in ciuitate nostra Rigen
constituendum esse debere cuius quidem exactio ad
eam rationem comparabitur quae cum nobis à ciui-
tate Rigensi oblata esset sigillo nostro subsignata
est, quam quidem rationem ita ratam habemus si

portorio Cedatiensi inferior non fuerit, eatȝ taxa non
inferior Cedatiensi à nobis et serenissimis successoribus
nostris quocunȝ pretexto aut nomine immutarj
aut augeri non debet. Preterea, ne commercio
ciuitati nostrae aut vlli hominu aliqua exactionȝ
iniuria pertinescendae sint illi exactioni non ex-
tenim sed ex ipsius ciuitatis Proconsulum consulu
Magistratus aut ciuiu numero aliquem vel aliquos
praficiemus, et serenissimi successores nostri praficiente cui
ciuitas aliquem ex suis adiungere poterit scribam et
nostrum vel ipsius ciuitatis Rigen ciuem vel Liuo-
nem vel Prutenu probatae integritatis et fidei ho-
minem adhibebimus, cum etiam isti exactioni
non fuis extra ciuitatem, sed intra ipsam Rigam
commodum deputabimus vbi exactio ista rectissime
fiat. Quo autem ex ea exactione peculiaris quida
fructus ad ciuitatem Rigen perueniat decernimus
atqȝ constituimus partem tertiam vniuersae illius
exactionis ad ipsam ciuitate pertinere ac per-
uenire debere, ita vt partes duae nobis ac sere-
nissimis successoribus nostris integra conseruentur, ex
qua quidem tertia parte praedicta ciuitas ante
omnia partem reficere, purgare, et qua optime
conseruare teneatur sine vlla duarum nostrarum
partium diminutione, quicquid vero certaȝ ex
ista exactione pro partibus nostris redacta

fuerit id habita rone defensione ciuitatis Rigensis
vniuersæ Liuoniæ pro nostro ac Sereñorum Successo-
norum nostrorum arbitrio erogari debet. Ole autem pluribus
portorijs aut teselonijs in vicino ciuitas nostra Rigen
grauetur decernimus aliud portorum aut teseloniu tam
in superiore Dzmæ flumins parte quam in inferiore
vsqz ad mare aliisqz vicinis locis intra Liuoniam
etiam in aquis quam terris ad decem vsqz milliaria
circa ciuitatem mlla instituj debeat, à quo ciuita-
tis nostræ Rigen ciues regiam nostram clemetiam
vberius explorata habeant, decernimus ipsos Ci-
ues Rigenses perpetuis temporibus ab omnibus tse-
lonijs suæm in flumine Dzuinæ à ciuitate vsqz
ad Dunebrugum liberos et immunes esse debere.
Portus item et noua emporia alibi non aperiantur
quæ in fraudem et detrimentu hnus dcti nostri
vergere quomodocunqz possint. Bona item va-
cantia et caduca quorumue intra anni spatium
illa postulatio facta est, vt antiquitus ad illâ
ciuitatem deuoluta fuere, ita deuolui volumus
et ciuitati relinquimus. Ad hæc vero vt præter
iurisiurandi religionem perpetuum extet subie-
ctionis et fidelitatis argumentum commemora-
ta ciuitas nostrum ac Sereñorum successorum
nostrorum dominiu recognoscens annis deniceps
singulis ad quodqz festum Circumcisionis domini
mille florenos polonicales quorum singuli sint tri-

ginta Iuss polonicalium nobis et imposterum Successoribus nostris temporibus vniuersis adimmerabit et persoluent. Praeterea etiam quoties cunq; nos vel defensiuè vel offensiuè expeditionè contra Moscum aut alios vicinos hostes susceperimus, vel successores nostri susceperint ciuitas nostra Rigensis vexillum trecentorum peditum alere et exercitui nostro aut victrum nostrarum commingere tenebitur additis aliquot tormentis campestribus, eorumq; tormentorum necessario puluere et globorum apparatu. Quae omnia supra scripta, à nobis et successoribus nostris rata firma et perpetua conseruabuntur. In quorum certissimam fidem hac manu nostra subscripsimus et sigillo cu Regni nostri cum magni Ducatus Liuoniae iussimus sigillari. Datum Drohiczini die quarta Decembris Januarij Anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo Regni vero nostri anno Stephani Rex ff. Nos igr praefatus Rex Stephanus cum Ordinibus Regni Vasconiae congregatis comitia habebamus, quo omnibus hac testatiora essent denuo illa repetere voluimus quemadmodum et priuilegiis repetimus. In quorum omnium fidem &c. Datum Vasconiae in Comitiis eu Regni generali. Die decima Sexta Mensis Nouembris Anno Calendario 1582. Regni Septimo

PRAESENTIBUS, Nobilibus, Prudentibus, Magistris Gnosis

ac Nobilibus. Stanislao Kaynkowskij Dei gra Archie-
piscopo Gnesnensi, Legato nato et Regni nostri primati. Pe-
tro Miskowskij Cracouien. Luca à Costzielicz Posna-
nien. Martino Cromero Varmiensi. Victorino Vierzbicz
ki Luceorien. Petro Costka Culmensi. Piotro Lickow-
ski Chelmensi, eadem gratia Episcopis. Stanislao Sza-
franiecz de Pieskowa Skala Sandomirien. Stanislao Co-
mici à Corka Posnanien. Buscensi, Olenszicz-Capitaneo
Eustachio Wolowicz Castellano vilnensi. Magni Duca-
tus Lithuaniæ Cancellario, Brzesten. Obrinengz-Capto
Stephano Duce à Zbaraz Troccensi. Alberto à Lasko
Sieradien. Joanne Szieralowskij de Bogusławicze Lan-
cicien. Palatinis. Joanne Kiska Capitaneo generali
Exercitum Samogitic, Petro de Tarnowicze Brzesten,
Constantino Duce in Ostrog Kyouiensi Mar. Falco Vo-
niæ. Joanne Splawskij Suniwlad. Slavien. Filone
Kmita Smolenscensi. Joanne Taro de Szczekarzowicze
Lublinensi et Capitaneo Pilznensi. Nicolao Dorohos-
tayskij Polocensi. Stanislao Gollierowskij Belzensi
Gregorio Zielienskij Ploscensi et Capitaneo Zakroczi-
mensi Mazouiæ. Stanislao Kriski de Drobnin
Masouiæ et Capitaneo Plocensi. Nicolao Krska
de Czechanowiecz podlachiæ Bielscen, Drohicengz
Capitaneo. Anzelmo Gostomskij Rauensi. Stanislo
Duce in Zbaraz Braczlauiensi et Capitaneo Rze-
mieneten Pinscensigz. Christofero Costka de Stein-
gemberg Pomeraniæ. Palatinis Lobuben et Co-
szczierzinensi Capto. Paulo Szczawinskij Lanciti-

ensi Capitaneo Sochaczouien Vratislauien. Nicolao Talvosz Samogitiae. Michaele Mistia Vochimiae. Andrea Fierlcij de Dambrowicza Lublinensi et Capitaneo Sandomiriensi. Alexandro Lasicz Cracovien et Capitaneo Chelmensi. Stanislao Liessmiowskij de obozij Podlachiae et Capitaneo Lossicensi. Joanne Duglossi Olmensi Thesaurario Regni generali Branscensi. Rogoznensi. Swecensi Capitaneo. Adamo Valowskij Elbingensi. Nicolao Fierlcij de Dambrowicza Bierensi Curiae Regni Referendario Casimiriensi Capto Georgio Mniszech Radomiensi Sanocen. Sohaliensi Capto Joanne à Siemo Zarnouiensi. Nicolao Lissakowskij Chelmensi. Stephano Grudzinskij Nakcen. Joanne à Rozyelicz Biechouien et Capitaneo Bidgostien. Simone Szczawinskij de Subsko Inowlodensi et Capitaneo Costinensi. Stanislao Costomskij Sochaczouiensi. Stanislao Radzyminskij Zakroczymen et Capitaneo Lubensi Camenecensi Castellanis. Andrea Opalinskij de Bnm Supmo Regni Marschalco. Maioris Polonia generale. Rosatien Szczemensi Capto. Joanne Zamoyskij de Zamoscie Supremo Cancellario Regni, generali exercitum ac Cracovien. Maziembrgensis. Kmitonien Miedzirzecen Capitaneo. Joanne Bonkowskij de Bilmo vicecancellario Regni Plocen. Camerien Praeposito. Decano Varsovien. Andrea à Gbrow Marschalco Curiae Regni Radomiensi Capitaneo. Alberto Baranowskij Secretario Regni maiore Cantore Gnesnen Vladislauien. Posnanien qz Joanne Tarnowskij Referendario. Vladislauien. Cussiriensi Praeposito

et Cracouien. Joanne Pijotrowskij Cuiauien
Posnanien. Laurentio gostizkij Decano Kiecen. Cra-
couien. Vladislauiensi. Sandomirien. Canonicis Secre-
tarijs nostris. Hyacincto Mlodzieiowskij Thesaurario
Curiae Regni Krzeczowien. Capitaneo. et alijs quatplu-
rimis Dignitarijs, officialibus, et nobilibus nostris, nec no
ceteris omnijs ad Comentum Regni generalem co-
gregatis. Data per manus Magnifici Joannis de Ja-
moszyc Regni nostri Supremi Cancellarij, et Exercitum
generalis. Nec non Cracouien. Mariemburgensis. Kui-
sslien. Mieszij zgorzelecz Capitanej

Tenoris talis

Aliorum quorundam

Priuilegiorum ciuitatis Rigensis in Comentu Regni innouatio

Stephanus ac. Regnificamus. Quum superiori bo
v.d. empotibus benignitate diuina feliciter confecto bello
Moscico grauissimaq; seruitute et periculo ab ea de-
pulso Regno nostro Liuoniam uarijs admixissemus
ac ut eandem ingressi ciuitatem nostram Rigen. tan-
quam totius Liuoniae caput et primariam urbem
accessissemus priuilegia nostra ad Ecclesiasticas
res spectantia eidem ciuitati nostrae contulerimus, quo-
rum hic est qui Regnibus tenor. Stephanus etc.
Notum testatumq; facimus ni uniuersum omnibus, tam

// quoq; legibus et institutis funda-
mus in eandem

ynctibus quam futuris, ad quos harum Gratiarum notitia
peruenerit. Quod cum satis nobis sit cognita perspectaq;
fides obsequia & emerita ni nos & Rempublicam nostra
ciuitatis nostrae Rigensis, quam superioribus temporibus
subministrandis ni communibus hiims prouintiae pericu-
lis vicinis arcibus nostrisq; hominibus auxilijs et sub-
sidijs quibusmis, et his posterioribus nostris contra hostem
expeditionibus iuuandis quod ni eis esset comatibus no-
stris et ni exercitum nostrum commeatibus, aliisq; ad belli
usum necessarijs rebus subuehendis nobis prosuerunt. Vt
idem aliquod nostrae quoq; ni eos gra et regiae benefice-
tia exstaret testimonium, alacriores q; in posterum ad omne
obsequiorum genus efficerentur, curiam nostram anti-
quam desertam quae olim archiepiscopi Rigen fuit penes
ipsa ciuitatis moenia Rigae sitam, quae nunc ruinis
nostri est ni publicos usus et commoditates restaurandae,
ac praeterea aedes canonicorum et capitulariu deser-
tasq; areas ad capitulum olim pertinen quae alijs
non fuerint collatae quaecunq; intra moenia ciuitatis
contentas ijsdem ciuibus nostris donamus et confe-
rimus in perpetuum cum omnimodo iure ac dominio et pro-
prietate earum, illisq; iam pura ac irreuocabili do-
natione hac nostra nec per nos nec per successores nostros
ullo unquam tempore infringenda aut immutanda ad-
dicimus, atq; ex nunc possidendas tradimus, simulq;
iuri et iurisdictioni ciuili adscribimus et incorporamus

Quam quidem donationem et concessionem nostram et
nostro quam successorum nostrorum nominibus
ratam firmam et inuiolatam in perpetuum futuram, ita
quidem ut nec à nobis, nec à successoribus nostris reuocari
immutarique vlla ex causa possit aut debeat polliceamur
ac spondemus. Cum vero ex his canonicorum et capitula-
ribus eidibus census quidam annui ad nos pertinisse
norum intuitu ciues nostri Rigenses nobis centum florenos
polonicos singulis annis in perpetuum pendere debebunt
quod et liberè in se susceperunt. Quos quidem nos iam
ex nunc nostro et successorum nostrorum nomine, in necessita-
tes templi Diui Iacobi in hac ciuitate Rigen Cleri
corum catholici ritus donamus, assignamus, et addici-
mus in perpetuum, in recta dispositione nostram, ita
ut pars media eorum quinquaginta virge floreni pro se-
sto quolibet Paschatis, reliqua vero pars pro die sancti
Martini quotannis numeretur sine vlla mora et impe-
dimento, sub mulcta huic ipsi summae simili quoti-
es supra prefixo tempore iam expressa pecu-
nia in prætorio Rigensi regnitis Dimi Iacobi Ple-
bano vel eius mandatario liberè tradita non fuerit.
Quorum omnium amplioris fidem et testimonium
has literas manu nostra subscripsimus, et sigillis ta
Regni Poloniae quam Magni Ducatus Lithuaniae
obsignari mandauimus. Datt Rigæ die Septima
Mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo

octuagesimo secundo. Regni vero nostri sexto. Praselectis Prelatis, Baronibus, Magnatibus, Nostris et Subditis Georgio Radziwil. Duce in Olika et Nieswiesz. Vilnen. Melchiore Cedrucz Samogitiae Episcopis, Eustachio Volowicz Vilnensi, Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae Brzestensi. Cobrinensique Chrysostomo Radziwil Duce in Dubinki et Bierze Trocensi. Magni Ducatus Lithuaniae Vicecancellario et Campiductore Borissovien. Solecensique Nicolao Firlejj de Dambrowicza Biecensi. et Regni nostri Curiae Referendario Cazimirien. Alberto Daczaiskij Vasovien Castellanis et Capitaneis. Joanne Borukowski de Bilino Regni nostri Vicecancellario. Praeposito Plocen. Lanciticnsique Decano Vasovien. Alberto Baranowskij Secretario Regni maiore Cantore Gnesnen. Joanne Tarnowskij Regni Curiae Referendario. Praeposito Vladislavien Cusnicien sique Canonico Cracovien. Hyacincto Modrzejowskij Regni Curiae Thesaurario Rzeczovien. Capitaneo. Joanne Demetrio Solikowskij Scholastico Vladislavien Lanciticnsique Custode Sandomirien. Matthia Konopacki Secretarijs, et alijs quamplurimis Secretarijs et aulicis nostris ad premissa testibus fide dignis. Stephanus Rex ff. Stephanus dei gratia Rex Poloniae Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniaeque ac Princeps Transylvaniae. Notum testatum facimus hisce Literis nostris omnibus tam praesentibus quam futuris ad quos earum notitia pervenerit

Quod cum paulo superioribus diebus hostem nostrum
Mosqum summi Dei auxilio atq; benignitate armis
nostris ee continuis per aliquot annos, ex eo relatis vi-
ctoriis eo redegerimus, ve nobis eandem vniuersa Liuo-
nia cuius magnam partem sibi iniquissime et non pau-
cis iam annis vsurpauerat, ee intollerabili ejus armi-
de mi hoc vsq; tempus premebat, cedere coactus, sic,
Ideoq; ad componendum ee restauradum euis ipsius
prouincie afflictum, vndequaq; statum nostri illa
conteulissemus, ac mi ciuitatem nostram Regiam eanq;
hmis ore primaciam petiuemissemus. Faciendum id
nobis existimauimus, ve ab eo quod ad ipsius prae-
potentis, Dei gloriam propagandam spectaret, neu
omnium exordium sumeremus, tum ve nos maxmo-
rum diuine clementie mi nos beneficiorum gratos
exhiberemus, tum ve hanc gentem maximis ignora-
tie tenebris, ob assiduos bellorum tumultus ee mul-
tiplicibus erroribus circumfusam ee seductam, ad ve-
ram Dei agnitionem ee cultum pro officio nostro qua
cum mi nobis esset, reuocaremus. atq; cum mi primis
mi hanc ciuitatem nostram Rigen oculos conuertisse-
mus, eamq; non sine dolore nro Domino ita permitte-
re, adeo a religionis catholice cultu alienatu offe-
derisse mus. Ve omnia ad Dei gloriam mi ea exhu-
sta templa ad normam confessionis eius quam
Augustanam vocant redacta ee conuersa essent, nec
vllus in ea catholicis nostris religionis esse locus vi

dezetur maxime ejs id ee ad pietatem nostram erga De-
um ee ad dignitatem Regiam pertinere animaduerte-
remus, Ve eam in nostrum nostrorumq; quam aliorum ee
ciuium ee aduenarum ac etiam Colonorum, qui in ca-
tholica religione perseuerarent, vel ad eam reuertere
tur vsum, aliqua in hac vrbe templa, iam et instaura-
rum ad catholicam et S: Romanae Ecclesiae ritum re-
staurauimus, De eo ita cum Consulatu et ciuibus no-
stris Rigen conuenimus, ve vidz templum antiquitus
Duo Jacobo dicatum cu vniuerso Coemiterio ad catho-
licorum Sepulturas atq; ambitu ipsius aedificijsq;
Septem vidz domibus ibidem extructis, et alijs istic
in templi vsum locari solitis, vna praterea domo è re-
gione templi sita, ad hoc ipsum templum spectanti-
bus, et vniuersis censibus, peculiari quodam scripto
expressis, prouentibusq; et qualibuscunq; alijs rediti-
bus atq; ornamentis ad illud pertinentibus. Ac prae
terea mimis aliud illi contigum Diuae Mariae Magda-
lenae templum cum toto Canobio Cisterciensis ordinis
Virginum, vniuersisq; illius aedificijs, areis, ac prouenti-
bus, tam intra quam extra vrbem vbicunq; locorum
consistentibus, et ad id antiquitus quouis iure spe-
ctantibus (ex libro ipsarum ciuium assensu, et de
omni iure suo, quod ad vtrasq; haec templa vnqua
habuerint cessione) ad vsum S Catholicae religionis
in perpetuum addiceremus deputaremus ac consigna-

vemus, prout iam in presentiarum ipsa addiximus depu-
tauimus et consignauimus. Remanebunt autem hæc ipsa
templa et omnes ad ipsa spectantes fundi, ædificia,
possessiones ac prouentus, et eorum Parochi, cæteriq;
illis in templis Deo seruientes Sacerdotes et Clerici in
protectione, defensione, Jurepatronatus et collatione no-
stra Regia successorumq; nostrorum, nec sibi in eos eaq;
iurisdictionem ciues Rigen vsurpabunt, Jta vt illi et
immunitati Ecclesiasticæ adscripta esse censeantur.
Templum vero quod olim Archiepiscopi Cathedrale
fuit, ac alia templa suæ canobia Religiosorum quæ
cunq; intra ciuitatem Rigensem continentur, etiam et
Christus Sancti in id incluso templo, cum vniuersis ipso-
rum ædificijs, cæmeteriis, prouentibus, censibus ac
reditibus ab antiquo ad ea intra ipsa ciuitatis Ri-
gensis mœnia spectantibus, præfatæ ciuitati nostræ
aut adeo Consulatui Rigensi concedimus, omnesq; ius
patronatus, et collationis nostrum in eosdem transfer-
rimus et transfundimus in perpetuum, eorumq; iu-
risdictioni adscribimus, vt suæ illa ad catholicum
vitæ Dominio Deo corda illorum ita disponente
reformare voluerint, siue in eat quam nunc ibi pro-
fitentur Augustana confessione perstiterint (mo-
do ne alias quasuis adhuc differentes sectas
introducant) in eorum id potestate et mutuo con-
sensu permaneat. Templaq; præfata cum omnibus
supernis nominatis ad illa pertinentibus Juris pa-
tronatus ciuium Rigensium publici semper sint.)

Id quoq; ciuibus nostris Rigensibus cautu esse volu-
mus, ne malum sit malefactoribus ad templa catholica
perfugium. Quod si aliqui eò confugerint, potestate
sua in eos Magistratus utatur. Ita tamen ut si ne-
cesse fuerit, ex nostra Rigensis Praefecto vel loci
ordinarij officiali adhibito, qui vel alterutri eorum
id detractare non debent sine ulla perturbatione cle-
ri ecclesiae ac domorum perquirantur,
Ornamentarium quoq; quod penes Diui Iacobi, in
publicum ciuitatis usum extinctum est, loco suo
et in ciuium potestate in futurum relinquimus. Ca-
terum quemadmodum cuiq; in ciuitate nra, siue
id catholicam religionem sequi, siue augustanae
confessioni adhaerere malit, liberum id permittimus,
ita ne cuiquam vel paucis aliquibus, vel minis, vel
coactionibus publicis priuatione aut probris à
Magistratu ciuili, aut quibusuis priuatis personis
religionis catholicae professio interdicatur: seuere
nunc cauemus ac prohibemus, sub graui indignatio-
ne et animaduersione nostra. Prout nec abougu-
stana hác confessione quenq; vel vi vel minis, aut
iniquis aliquibus rationibus deterreri volumus. Atq;
hac ita cum ciuibus nostris Rigen? ex Senatorum
nostrorum Consilio à nobis constituta et transacta
ergo per nos nostro et successorum nostrorum nomine
concessa et ab illis per omnia suscepta, ut firmi-
ora duraturaq; sint, praesentes has manu no-

Scia subscripsimus, et sigillis nostris tam Regni Poloniæ quam Magni Ducatus Lithuaniæ, communiri iussimus. Datæ Rigæ die septima mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo secundo Regni vero nostri Anno sexto. Præsentibus Illustribus Reverendis Magnificis Nobilibus et Generosis Domino Georgio Radziwil Duce in Olika et Nieswiesz Vilnensi, Melchiore Giedroycz Samogitiæ Episcopis, Eustachio Wolowicz Vilnensi, Cancellario Magni Ducatus Lithuaniæ, Brzesten. Cobrinensi, Prothonotario Radziwil Duce in Dubinki et Bierze Trocensi, Magni Ducatus Lithuaniæ Vicecancellario et Campiductore, Borissowien. Solecznensi. Nicolao Pacij de Dambrowicza Bieczen. et Regni nostri Curiæ Referendario, Casimiriensi. Alberto Laski Vaschowien Castellanis et Capitaneis. Joanne Borulowski de Bylmo. Regni nostri Vicecancellario, Præposito Plocen, Lancicien. Decano Vaschowien. Alberto Baranowski Secretario Regni maiore, Cantore Gnesnen. Joanne Tarnowski Regni Curiæ Referendario, Præposito Vladislavien, Custodiensi Canonico Cracovien. Jacincto Mlodzieiowski Regni Curiæ Thesaurario Krzeczowien. Capitaneo, Joanne Demetrio Solikowski Scholastico Vladislavien Lancicien. Custode Sandomirien. Magna Konopaczki Secretariis et aliis quamplurimis Secretariis et Curiæ nostris ad præmissa testibus fide dignis. Stephanus Rex

Se. Nos igitur præfatus Rex Stephanus cum

ordinibus Regni Vasconiæ congregatis comitia Habe-
remus, quo omnia hæc notiora essent denuo illa
repetere voluimus, quemadmodum præsentibus repe-
timus. In quorum omnium fidem et euidentius testimo-
nium has manu nostra subscripsimus et regni nostri
sigillo communiri mandauimus. Datum Vasconiæ
in Comitatu regni generali die Decima Sextæ Men-
sis Nouembris Correcti Calendarij anno millesimo qui-
gentesimo octuagesimo Secundo, regni vero nostri
anno Septimo. Præsentibus ut supra

Stephanus rex

Nobilitatio Joan
nis Rinsdemuth

Stephanus rex Significamus et Cum nihil magis De- &c.
cio muneri, omnibusque ædi in Republica Magistra-
tibus conuenire arbitraremur, quam quacunque ratione
ad virtutis studium atque amorem homines traducere,
libenter eo animum nos adiecisse, vt in quoscunque singulare
aliquem ad virtutem sequendam ardorem perspexisse-
mus, eum et præmijs in colenda ea confirmaremus, et
eo omnibus honoris insignibus ornamentisque eum
afficiendum, alios quoque eius exemplo ad amplec-
tendam eam incitaremus: non modo ratione ipsa

atq; vsu edocti, nihil esse qm ad deterrendos à vi-
cio homines pœnis efficacius, sic ꝓmijs ad virtutis
studium amorem q; inflammandum: Verum exemplis
quoq; cum antiquitatis, tum maiorum nostrorum invita-
ti: quos cum varia multaq; ad ornandam virtutem
instituisse reperimus, tum id potissimum, ut eos qui prae
alijs virtute duce ad veram laudem gloriamq; con-
tenderent, nobilitatis honore donarent, atq; ab infima
plebis commercio segregatos, tanquat in alto conspi-
cuoq; dignitatis gradu collocarent. Hoc tum Lauda-
bili inveteratoq; instituto, ad nos quoq; non invili
vetamine. Cum vero maxime hoc tempore in eximiu
virum Joannem Ringdenne & Illustris principis dom
Lothardi Oxelandiae et Semigallice Ducis Secretariu
m, cum primis vel voluimus: cum eius virtus, ni
nonnullis primarijs nostris Senatoribus quibus nos
propter ipsorum singularem virtutem plurimum
tribuimus, diligentissime commendata esset, signifi-
catumq; nobis, illum et honestis parentibus natu
ommemq; vitam suam ad honestatem virtutemq;
vetuisse, tum vero in ministerijs Illustris Curlan-
diæ Ducis, tot misq; ad Reipub: Livonicæ per
multos annos, tanta cum dexteritate laudeq; sua ver-
satum, ut non domi modo consilio industriaq; Reipub:
plurimum profuerit, verum bello etiam contra gra-
vissimum eius temporis hostem Moschum vtilem for-
temq; operam eidem navarit, indeq; et Illustri Cur-
landiæ Duci bonis aliquibus feudi iure ab eo

promeritis gratissimis Vassalis, ac alijs omnibus obsequ:
Catem virtutem Gratissimis sit et probatissimis, ideo nos
quoq3 ve nostri etiam de virtute eius indicij significatio ali-
qua extaret, libenter3 sanè eo descendimus, vt in nobilium or-
dinem, quo virtus eius iam dudum digressum ipsum esse-
cit, nostra quoq3 auctoritate eam transferremus, quemad-
modum et principibus transferimus, nobilitatisq3 ius, tam
illi, quam omnibus vtrimsq3 sexus posteris eius, tam na-
tis, quam quos postea ex legitimo matrimonio susceperit
tribuimus, legitimosq3 ac veros nobiles eosdem creamus.
Vle tamen nudum saltem nobilitatis titulum consecuti
à nobis videantur primi hoc in perpetuumq3 valituro
edicto nostro parem aequalemq3 cum vniuersa Regni
nostri Magnique Ducatus Lituaniae nobilitate dignita-
tem conditionem, honore, libertatemq3 eius nobis conferi-
mus, cum plenissima integraq3 potestate omnibus illoru
immunitatibus, prarogatiuis libertatibus, privilegijs, di-
gnitatibus, iuribus, legibus, statutis, consuetudinibus,
exemptionibus, item et vacationibus à muneribus et
oneribus, quibuscunq3 liberrimè et pro arbitrio vtendi
fruendiq3. Vbicunq3 Regni aliarumq3 ditionum no-
strarum praesertim vero prouinciae nostrae Lituaniae No-
bilibus, lege, consuetudine, vel privilegio aliquo con-
cessum aut inductum esse quisquam existimet, quod
non idem saepe memorato Joanni Ringdemuk, eiusq3
legitimis vtriusq3 sexus posteritati, hoc nostro pri-
vilegio perpetuo indultum ac clementer concessum

esse velimus. Quo autem publice quoq; nobilitate sua
proficere possint, ideo ex more et consuetudine maiorum in
signia etiam nobilitatisq; imagines conferendas illi du-
ximus, Scutum miniatum cerulei coloris, in medio eius
annulum aureum pala acuminatum diamantem, am-
bitu ipso stellam nigri albescentisq; coloris, et quasi scin-
tillantem complectentem, Scutum galea tegit ferrea, alio-
rumq; nobilitatis insignium modo aperta galeae pauo
insistit expansa alla, annulumq; aurea cum adamen-
te acuminato ore tenens, eandem deinde undiq; ver-
sum auri cerulei q; coloris lacinia ab vtraq;
parte ambiunt, qui omnia haec expressius, artificio
simul q; hoc ipso in priuilegio pictoris industria oculis
subiecit. Veteres hisce insignibus praenominaq; No-
biles Ioannes Ringdenus genitosq; verosq; sexus
posteri, omni tempore et loco, publice et priuatim
in omnibus singulisq; decentibus et honestis actioni-
bus, expeditionibus tornearmentis, ludis equestribus q;
bellis, vexillis, tentorijs, annulis, sigillis, monimentis q;
aedificijs, omnibus denique alijs rebus suis vel ornan-
dis vel notandis, non minus qua ceteri Regni di-
gnitarios nostrum, aut vbiuis locorum Nobiles,
qui a maioribus suis quatuorue paternis, maternisq;
auis nobilitate sibi deffendant, de iure vel consue-
tudine vtendi fruendiq; ijs potestatem habeat. Quod
nos vniuersis et singulis regni nostri Ducatum ditio-
numq; hominibus nobili sanguine natis, maxime
autem in Magistratu honoreq; aliquo constitutis

demmctiones, auctoritate nostra Regia sciamandamus, has
sce Literas nostras, Hanc[q3] ommimodam Voluntatem nostram
in omnibus primctis, articulis, clausulis et conditionibus
per ommia firmas, ratas, salvas mcolumes[q3] conservee
conservarique ab alijs diligenter curent, Scepe[q3] memo-
ratum Nobilem Joannem Ringdemmeg, eius[q3] uxo-
us[q3] sexus posteros eodem ommino quo alios Nobiles
à quatuor paternis maternis[q3] avis Nobilibus procre-
atos, loco habeant, eadem inita privilegia honores[q3]
deferant, neq3 peiori conditione, quam qui optima No-
biles sme, habeant. Quod quidem ee si neminem non li-
benter factumm ommino confidimus qui quod majoribus
olim suis nobilitatis initium extitit, idem his quoq3
nunc à virtute existere cogitavit. Si quis tamen ex-
stiterit qui eorum Nobilitati, nostroq3 hinc edicto ali-
qua in re derogare detrahereq3 clam vel palam au-
sus fuerit, ei nos quinquagmta marcarum auri puri
mulctam irrogaturos toties videlicet quoties in hoc
dictum, privilegium ve nostrum commissum quid fuerit,
ita ut media pars fisco nostro Regio, altera parti la-
sæ sue ulla mora annumeretur. In quorum ommium
fidem &c Datum Varsoviæ in Comitatu Regni ge-
nerali die Vigesima Quinta Mensis Novembris
Anno dñi 1582. Regni vero nostri Anno Septi-
mo. Præsentibus ut supra &c

Stephanus Rex

Facultas cohercendi

Vagos artifices Magistratui Comitatis Posnamien-sis conceditur

Zx.

Cephanus ꝛc Significamus vob Supplicatum esse nobis per certos Regni nostri Consiliarios pro ciuibus ciuitatis nostrae Posnaniensis, tum quoqz ex Supplici libello nobis per eosdem ciues nostros Posnanien porrecto nos intellexisse, multa inconuenientia, et tum odiae inuis legibusqz communibus eiusdem Comitatis nostrae Posnan pugnantia inter mechanicos praesertim omnis generis Con-tuberniorum et eorum socios hinc inde vagantes continuo exoriri, quod vigt plurimi socij artificum, et aliqui etiam ex ipsis artificibus promiscue cuiuslibet artificij dissolutae summo cum opprobrio officij ciuilis, et ipsorum Contuberniorum, in praedicta ciuitate nra degentes, neqz apud suos Magros manen, quin potius operas suas eisdem Magris locare renuen, atqz illo-rum Contubernia contemnentes, nullam demqz iu-risdictionem ciuilem in se ferre volens, vbiqz in do-mibus tam Nobilium quam etiam aliorum Dignitariorum intra et extra ciuitatem nostram Posnanien, similiter et in domibus Iudeorum Posnanien, artificia omnis ge-neris facere ac pro sua voluntatis libitu tractare nequaquam verentur, exactiones publicas in to-tum subterfugien, optima item institucta et disciplinam eorundem Magistrorum suorum abijcientes, in contemptum et detrimentum iurium et praeroga-

tiuarum tam ipsi ciuitati nostrae, quam etiam artificiorum Magistris et contubernijs per nos et praedecessores nostros clementer concessarum. Idcirco nos huiusmodi licentiam praefatorum sotiorum et artificum vagabundorum refrenare volen, hanc ipsis ciuibus ciuitatis nostrae Posnanien ex innata nostra clementia atq; benignitate prarogatiuam concessimus, concedimusq; pariter ore habeant et temporibus perpetuis facultatem liberam eiusmodi vagabundos socios cuiuscunq; artificij in sua disciplina et suorum Magistrorum institutis retinendi, in eosq; modo debito animadvertendi. Item ut ubicunq; locorum tales in iurisdictione ciuili inobedientes et vagabundi reperti fuerint in domibus Nobilis alicuius aut Dignitarij intra vel extra ciuitatem praefatam, ad delationem vel instigatione Senioru contuberniorum artificum, una cum ipsorum rebus arte laboratis vel laborandis incaeptis, per hoc ipsum officium ciuile capiantur, captiq; carceribus tantis per mancipentur quoad iurisdictioni ciuili per omnia obedientes suorumq; Magistrorum preceptis et priuilegijs non refragantes efficiantur. Volumus etiam, ne artifices externi sine sine artificiorum Magu, siue non, aut in alijs iurisdictionibus in praefata ciuitate manentes, in iurisdictione ciuilem Posnanien artificia sua omnis generis (excepto tempore nundinarum) in forum publicum ciuitatis Posnanien, vel etiam priuatim, importune et vendane, in praeiudicium artificum ciuium Posnanen sub amissione rerum illarum artificum laboratarum, per ipsos allatarum. Nisi si quis forte sibi singulariter in summ vsum parare quidpiam mandaue-

rit, quod liberum esse debebit. Quibus omnibus praedi
ctis si qui se rebelles praestiterint, aut aliquid inobedien:
tiae prae se tulerint, ex eadem civitate, vbi legum con:
tumax violatores pellantur, citra remissionem et
contradictionem vel prarogatiuas aut libertates a
praedecessoribus nostris siue etiam a nobis ipsis emana:
tas siue concessas vel emanan et conceden quibus
ommino hac in parte priuilegijs derogamus, alicuius
nobilis, Dignitatij, aut etiam officij, quin potius ipm
officium Castren Posnanien administrum et auxiliu
ipsis ciuibus vbiq; praestet. Porro ni domibus Judeor
Posnanien, si hmsmodi vagi artifices preuenti fue
rint, emm regnisito officio ipsius Magci Palatini Po:
snanien, eosdem vagabundos sotios liberê capiant, et
eo quo promissum est modo in ipsos ipsi ciuiles
animaduertant ac puniant. Cæterum ni his omnibus
praemissis, si quis cuiuscunq; status, dignitatis seu
praeeminentiæ, officium ciuile in exequtione im-
pedire aut se se opponere ausus fuerit, sciat se
panam Ducentarum marcarum incurrisse: Cuius
medietas ipsis ciuibus, altera vero nobis atq; fisco
nostro irremissibili persoluen erit. In cuius rei
fidem et euidentius testimonium praetes manu ma
subscripsimus, et sigillo regni nostri communiri
iussimus. Datum in comitijs generalibus Varsauien
Decimâ sexta mensis Nouembr. anno dom. 1582.
Regni vero nostri anno septimo

Stephanus Rex

Limitum inter bona

Regiæ Altis Oltussi in Magno Ducatu Lituaniæ, et bona Generosi Venceslai Vrzowijeczki, Sveta-meraij Chelmensis, Pieszcze, in Regno, per Commissa-rios factorum, approbatio.

Stephan aus Bożey Miłości Krol Polski Wielkie Xiąże Litewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowieckie, Żmudzkie, Kijowskie, Wołyńskie, Podlaskie, Inflantskie, Smoleńskie, Siewierskie, y Czernichowskie. Oznaymuiemy tym Listem naszym wszem wobec Czego Interesu tego wiedzieć należy, Kto ten Nasz List uwidzi, albo słyszy czytać, Iż Urodzony Wacław Wrzowiejczki Podkomorzy Chełmski generalny okazował przed nami Listy rozgranicznie y rozmierzenia granic ich, które się stało między Poddanymi naszemi Ossi Oleruszky Stronny ich naszych Ekscyze wszy, a między pomienionym Urodzonym Wacławem Wrzowiejczkiem Stronny gruntow y granic dobr iego Pieszcza, w powiecie Chełmskiem leżącego przez Commissarzow od nas na to wyższych, przez sędziego Ziemskiego powiatu Brzeskiego Urodzonego Adama Paczkowskiego, a przez Podstarościego Grodzkiego Brzeskiego Urodzonego Melchera Rayskiego, ktorzy ten sam granic nasz na ten czas grunty o które była rozmowa wyżrzeczony, y rozbiegłych sporow, dowodow, y odpisow dostatecznie wysłuchawszy, pewne zastanowienie y granice wekie gruntom między niemi uczynili y ustawowszy copie ich same znaki granicznie poczyn

miłości listy na obie strony iey ako wrodzonemu
Cesarzowi Chrześcijańskiemu egalce też iey poddanym na-
szym ovszi oczyszi pod pieczęciami swemi iey spodpi-
sem racz swoiey dali czo szczerzey na ym liszcie Co-
missarzow naszich iest opissano y dołożono. Vy pro-
szę nasz wrodzony Waczław Chrześcijański, abyszmy
przypuszczoney ego Cu wyiadomoszi naszey Krolew:
skiey, ezen ist Commissarzow naszich do xiąg Can:
cellarieiey naszey Koronney wpissacz rozkazali, kto-
rego ego istku my oglądawszy, y baczący ze ego
sprawa słusznie wedle prawa szie odprawowała
rozkazaliszmi ezen ist y wszitkę ego sprawę Com:
missarzow naszich do xiąg Cancellarieiey naszey Co:
ronney wpissacz ktoriy słowo od słowa ezali szie
w sobie ma. Adam Baczieiey Sędzia Ziemszky
Brzeszczszky, a Maciey Rayszky Podstaroszi Brzesz:
czy. Oznaymuiemy ezym listem naszem, iż czo Cego:
rz rozmicza od czaszu nieinalego bysta o granicy
miedzy poddanymi Ie: Kmci Starostwa Brzeszczkiego
Ovszi Olesuszi zyiedney strony, a poddanymi pana Wa-
czława Chrzowyeczkiego y mienia iego Pieszcza, czye-
gosz w Koronie polskiey, w powiecie Chełmskiem,
z drugiey strony, Dla ktorich rozmicz- vspokoyenia
pierwey ego wzolu Tyszącz Pieczszecz oszmdzie
sziąszem, miesiącza marca Dwudziestego piatego
dnia, za pozuczeniem Jaszmę Swielmoznego pana Je°
Mci pana Ostapskiego Wołowicza, pana Wileńskiego,
Cancliersza wielkiego Xięstwa Litzewskiego

Starostij Brzeszskiego ij Kobrinskiego. Jacodam Pa-
czieij Sędzia Ziemskij Brzeszskij wespolek z Drze-
dmiciem Jeo Mći Polieskim Stanislawem Brostow-
skiem na zse granicy o czoze między stronami wyższeij
niemonemi spor bijć, wyjeżdzać, mizkij ijalo rzeczi
niemaleij na on czas mieloniczacz, a zse kilko Jo
Gustron granicz polaczanijcz oglądanssbij, ij zsen
wsbitek grunty o czesij spor bijć obijaczanssbij,
świadkow, dowodow na obie stronije wyssluchanssbij,
odesłaczem ego bijć na wznanie ijego Mći pana Vi-
cienskiego. Jacgim poszim J: K: M nasz miłwy
pan Za zadaniem ij pozwoleniem J: M pana Vi-
cienskiego ijako Starostij Brzeszkiego zse sprawe
około vspokojenia rożnicz stronij granicow wyssej
mianowanijcz na nasz obudwu ssestasz przełożyć
racził, abijcz mij wyjaczanssbij na zse granicy o czesze
spor bijć, a niemogeli bijdz ijnaczej stronam wyssej
